Fin du Proem.

GS/1

Licet itaque sciat et dicat Ecclesia se nec officium nec media accepisse ad solvenda problemata ordinis scientifici aut technici, quae propriis reguntur legibus et circa quae versantur ingenia et zelus hominum ; tamen , vi ipsius mandati sui , docet non posse , praetermissis doctrina et gratia Christi , adaequatam solutionem sperari in tot et tantis quaestionibus in quibus personae humanae dignitas , sors et opus inveninutur inserta , sive de singulis personis agatur sive de familiis aut de quacumque alia hominum in societate convictu .

Unde sollicitudine permota et officii sui conscia ~~, ad universos homines~~ lumine Christi universos homines ad bonum commune laborantes confortare nititur , et omnes qui christiano nomine gaudent ad partem viriliter sumendam in opere communi impellere et exhortari non desinit .

"Dum vero temporalia cumulantur bona, eorumque pro hominibus utilitas crescit, multi, spe felicis compositionis rerum pacati, nihil amplius perenne cogitant; nonnulli autem haud parva incertitudine laborant anxiaque fluctuatione de vitae humanae recto ordine instaurando.-"

e

Historia testante peccatum in ~~hominum~~ mundo abundavit et vita universa etiam socialis consequentiis ~~ejus~~ malitiae ~~afficiuntur~~ affecta ~~sunt~~ est